

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Seug-Amme oder untreues Hausgesinde

Gryphius, Andreas

Breßlau, 1663

Jureconsultis Celeberr. Et in superiore Silesiorum Curia [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-86307](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86307)



NOBILISS. AMPLISS. CONSULTIS-
SIMISQUE DOMINIS

JOHANNI MATTHIAE

KETTELBUTTERO Hæreditario

in Buchvvald,

JOHANNI RÖBERO,

Hæreditario in Arnolds-mühle.

Jureconsultis Celeberr. Et in

superiore Silesiorum Curia, nec non

supremo Ducatus Glogoviens. judi-

cio Advocatis juratis.

Compatribus, Fratribusque Honorandis

S. P. D.

A Nimadverti jam per annos a-
liquot, dum mihi publici cura,
inter casuum varia eam tem-
porum calamitatem, quam ne-
conquiescente quidem bellorum ingenti-
um strage, sistere prudentia, emendare
consiliis, aut potentia denique depellere
licuit.

A 3

licuit. Præter multiplices urbium ruinas
 squallores agrorum, rupti fluviorum ag-
 geres, haustæ gurgitibus villæ, cœlo prodi-
 gia, minaxque maligna luce non unum
 sidus, atrocior dein lues plena cadaveri-
 bus omnia mox obrutum disjectumque
 vi sævientium ventorum, quicquid reci-
 divum posuere coloni, quicquid semiru-
 tum, cladibusque suis superstes, barba-
 riam testabatur exundantis latè, plusquam
 civici furoris. Mage funesti motus ani-
 morum. Odio & suspicione corrupti fa-
 miliares. Improspira etiam strenuis fa-
 ma, alius timore aut desidia sibi met ipsi
 hostis. Multi dignum gloria rati, æmula-
 tione obviam ire melioribus, agendi tem-
 pora consultando absumere, vel conce-
 dere in factiones, quid memorem eorum,
 quos in sinu quasi fovemus perfidiam, &
 in scelus omne prona famulorum inge-
 nia, quorum plurimis solemne fraudes
 jam olim manifestas, novo astu obrege-
 re, cœptare dissidia propinquorum, auda-
 ci asseveratione eludere constantiam in-
 cuspantis, committere amicos, nec asper-
 nari

nari præmia proditorum. Vix credibile quantum nequitia non paucis adoleverit postquam Dominorum secreta rimati, arbitros quasi eorundem se credunt, suspiciuntque beneficia vix imputant, vix acceptis obligantur. Non domuere subdolos mores edicta legum, non proprii metus, quin imò volupe, omni dedecore infamibus, cum irrisu jactare facinorum palmas. Crebris id passim sermonibus jactatum aliqui norunt: plures reapse experiuntur atque dolent. Quoties sollicitas aures circumstrepunt lamenta variorum! hic expilatam supellectilem, argentum interversum alius in criminis societatem adscitos, nullius ante flagitii comperros, hic venales inimicis incautis fontis Domini animas, hic libidine sedatam, domum acerrime conqueriur. Excivit is fermè omnium in Ducati Ordinum moeror animum tot flagitiorum impatentem, obstrinxitque acrori clamore detestari scelera quæ assuetudini jam propè condonamus. Id dum nolior recordatus invertisse me adolescentem Itali Vatis

Drama quo servitorum ille criminibus illustit. id ipsum recensere mihi visum, atque publico dare, vel ob id, quod perspectum mihi, arcendæ vitiorum putredini haud incassum adhiberi ejusmodi sales. Jocorum denique apud plerosque in longum memoria, qui sapientiæ præcepta vix visu dignantur. Auctor Operis HIERONYMUS. RAZZI, Ferruria oriundus, qui vitiiis temporum in gloriam ingenii sui usus, domesticas hæc pestes non fide, non affectu teneri docuit, quin solennia peccent, ac fraude mendaciisque cuncta susquedeque ferant. Is pertæsus solutius vivendi genus, dedignatusque præmium aut honorem ex calamitato civium capere sereto se inclusit. Ante tamen quam Divæ Virginis quod Angelorum dicitur, carobium ingrederetur; illustre hoc atque eximium sui monumentum Zenobio Macalino commisit, qui id cum capu jam invidiæ atque turbis Hieronymus subdixisset, luci haud invidit. Captus ego, primo Curatissimi laboris aspectu, quo otium tum quidem atque

atque moerorem, qui ob amici excessum
 me conficiebat, subterfugerem, Germana
 veste Nutricem Florentinam exornavi. Et
 ferme oblivione transmissem hancce o-
 peram, ni accensus ferocia servili quam
 neque reverentia neque formido conti-
 net; ad monendos censuisssem familiarum
 paulo ampliorum Patres, sollicite ut per-
 pendant. Cui rem decus, & quod potis-
 simum, pudorem atque incolumitatem
 commiserint liberorum, nepotumque,
 Vestrum vero nomen Viri Nobilissimi
 Amplissimiq̄ue charis hisce præfigere
 mihi visum, quo splendore, quem Vobis
 insignis illa eruditio virtusque contulit,
 æternaturum, obscurius hocce scriptum
 illustrarem, quod mores dum maxime
 perniciosos inculcat; suffragiis atque existi-
 matione vestra, qui sola bona, quæ hono-
 sta censetis, tutum odiis atque invidiæ su-
 pererit. Accedit quod censendi gnaros
 occuparim, atque ad spectaculum voca-
 rim, neque enim talibus ignari aut bona-
 rum artium rudes, capiuntur. Fuisse deni-
 que mihi amicitiam vobiscum per decen-
 nium,

A 3 nium,

nium, & quod excurrit, quidni hoc pigno-
 re obfirmem, presenti potissimum tem-
 porum corruptela, quo infestis persape
 animis dissociantur vel ii, quos acriore
 nexu sanguis, & genus & propiora neces-
 situdinum vincula adstringunt. Maneat
 opto, durerque is nobis animus, quando
 vanescentibus aliis nihil validius prestare
 vita potest, quam bonorum concordiam,
 In hanc spem abrumpo, haud immemor
 odiosam Circensibus pompam. DEUS
 Vos Ingentes Animæ, diu incolumes mul-
 torum emolumento, saluti liberorum,
 commodo reipublicæ servet, sospiterque,
 quod vovet ex animo Nobiliss. Ampliss.
 mique Viri

Vester

ad aras

ANDREAS GRYPHIUS,

Glogov. Kalend. Aprilis,
 A. clo Ioc LXII.

Namen